



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Assertionvm Theologicarvm Sfortiae Pallavicini Sacrae Theologiae Professoris in Collegio Romano Societatis Iesv. Libri Qvinque

De Sacramentis

Pallavicino, Sforza

Romæ, 1650

Cap. 12. An Sacramenta causent gratiam ex opere operato, Quid hoc sit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38948

CAPVT XII.

*An Sacramenta causent gratiã
ex opere operato, & quid
hoc sit.*

144 **C**onstat ex fide Sacramēta nouæ legis causare gratiam. Inter omnia tamen Sacramēta sola Eucharistia causat illam solū primò, & per se, & independēter à remissione peccatorum, vel ab impressione characteris, aut vllò alio effectu ad quē specialiter ordinetur. Ideò anonomasticè sumit nomen à *Gratia*. Hanc gratiam Sacramenta nouæ legis producunt *ex opere operato*, quem modū loquendi à Scholasticis inuē-
tum,

De Sacram. Cap. XII. 227.
tum, & ab hæreticis fugillatū,
approbat Tridentinum sess. 7.
can. 8.

145 Discrimen inter fructū
*ex opere operato & ex opere
operante* secundū germanū
sensū Scholasticorū, ac præser-
tim S. Thom. in 4. dist. 1. q. 1. ar.
5. in corpore *quæstiuncula* 1.
non est, quod primum sit ex
merito alterius dante valorē
actioni etiam præcisa omni
bonitate morali ipsius actionis
alterū sit aliquo modo ex me-
rito operantis actionem, sed
in hoc, quod primū dicit vim
obtinendi aliquid per se con-
ferens ad salutē, quæ vis pro-
ueniat operi ex arbitrio Dei,
sive hoc arbitrium fuerit ortū
ex merito præcedēti alicuius,
puta Christi, sive non; secun-

K 6 dum

dum verò habet vim saltem
 partialem ex sua propria bo-
 nitate. Ideò si martyrium cō-
 fert gratiam suprà meritum,
 actus boni præcedentis mor-
 tem, confert illam ex opere
 operato; Nam quòd ad tales
 actus bonos sequatur occisio
 sæpè ex improviso, atque in-
 aduertente ipso occiso, nullā
 addit nouam actionem bonā;
 & tamen eiusmodi occisio est
 necessaria vt conferatur talis
 gratia.

146 Hinc est, ex vna par-
 te, Sacramenta nouæ legis cō-
 ferre gratiam ex opere opera-
 to, quia non requirunt, bonā
 esse actionem Ministri per
 quam complentur; ex alia
 parte Sacramenta vetera, ac
 nominatim Circumcisionem,

vt

De Sacramen. Cap. XII. 229
vt ait S. Thomas loco citato,
& vt infrà probabimus, contu-
lisse gratiam ex opere operā-
tis, & dependenter à merito
ipsius ministri. Item Indulgen-
tiæ, & sacrificium profunt ex
opere operato, quia profunt
dependenter ab applicatione
quæ potest esse non bona.

C A P V T. XIII.

*An Sacramenta vetera causa-
rent gratiam, & quomodo.*

147 **T**ota difficultas in
hac quæstione est
super conciliandis testimonijs
scripturæ, & Patrum. Nam ex
vna parte cum in primitiua
Ecclesia Iudæi ad fidem con-
uerſi vellent retinere ritus Iu-
dæi